



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum ad prophetiam habendam requiratur dispositio naturalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

prietates esse naturales.

Ad xvii. dicendum, qd communicare bonitatem est Deo naturale, id est nature eius conueniens, nō quod ex necessitate nature communicet, cū talis communicatio voluntate diuina fiat secundū ordinem sapientie, quæ sua dona distribuit omnib. ordinatē. Creaturæ etiam naturale est quod a Deo recipiat bonitatem, non quamlibet; sed eam quæ suæ nature debetur, sicut hōi debetur esse rōnale, non lapidi aut asino. vnde si aliqua perfectio diuinitus recipiatur in homine, non oportet qd sit hōi naturalis, quando debitū humane nature excedit.

Ad xviii. dicendum, quod in humana natura est potētia passiuā ad recipiendum lumē propheti cum, non naturalis; sed tantum potentia obedientiæ, sicut est in natura corporali ad ea quæ mirabiliter fiunt. vnde non oportet, quod tali potentia passiuæ respondeat potentia actiuā naturalis.

Ad xix. dicendum, quod animalia bruta non possunt esse præscia futurorum, nisi illorum quæ ex motu celi dependent, ex cuius impressione mouetur eorum imaginatio ad aliquid agendū, quod competit significationi futurorum. Et magis talis impressio in brutis habet locum quam in hominibus: quia bruta, ut Damascenus dicit, magis aguntur quam agāt, unde impressiones corporum Cælest. sequuntur totaliter, non autem homo, qui est libere voluntatis, nec ex hoc debet dici brutum præscium futuri, quamuis ex actu eius alicuius futuri significatio accipi possit, quia nō agit ad significationem futuri, quasi rationem sui operis cognoscens, sed magis ductū ab instinctu nature.

li. 6. ca. 27.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad prophetiam habendam requiratur aliqua naturalis dispositio.

q. 2. q. 73. a. 3

Quarto queritur, utrum ad prophetiam habendam requiratur dispositio naturalis. Et videtur quod sic, omnis enim perfectio, quæ non recipitur in aliquo, nisi secundum dispositionē recipientis, requirit aliquam determinatam dispositionem, sed prophetia est talis perfectio, ut patet per Amos primo. Deus de Syon rugiet, ubi dicit glossa Hier. naturale est, ut omnes, qui uolunt rem rei comparare ex eis rebus sumant cōparationes, quas sunt experti, & in quibus sunt nutriti. uerbi gratia, nauis suos inimicos comparant uēris, damnum naufragio, sicut pastores timorem suum rugitui leonis assimilant, inimicos dicunt leones, uros, lupos, & sic iste, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis assimilat. ergo prophetia aliquam determinatam præexigit dispositionem in natura humana.

In princ. ex positionis sue: i Amos to m. 6.

¶ 2 Præ. Ad prophetiam requiritur bonitas imaginationis, cum etiam per uisionem imaginariam prophetia fiat, sed ad bonitatem imaginatiue uirtutis requiritur bona dispositio & complexio organi, ergo ad prophetiam præexigitur dispositio naturalis.

¶ 3 Præ. Impedimentum naturale est fortius, quā id quod accidentaliter superuenit: sed aliqua passiones accidentaliter superuenientes impediūt prophetiam, unde dicit Hier. super Mat. h. Tempore illo quo conjugales actus geruntur, præsentia spiritus sancti non dabitur, etiam si propheta esse uideatur, qui officio generationis obsequitur, nec hoc est propter culpam: quia actus matrimonialis culpa caret: sed pp concupiscentiæ passionē annexā, ergo multo fortius in dispositio naturalis complexionis impedit aliquem ne possit fieri propheta.

ad gērmātia de monogamia refertur 32. q. ca. con nubia.

¶ 4 Præ. Natura ordinatur ad gratiam, sicut gratia ad gloriam: sed gloria præexigit gratiæ perfectionem in eo qui debet ad gloriam peruenire, ergo & prophetia, & alia dona gratuita præexigunt naturalem dispositionem.

¶ 5 Præ. Speculatio prophetiæ est altior, q̄ scientiæ acquirite: sed speculatio sciæ acquirite per inductionem naturalem complexionis imo eductus, cum quidam sint ita indisplicti ex naturali cōplexione, quod uix aut numquam ad sciæ acquirite accessum gere possint, ergo multo fortius in dispositio naturalis cōplexionis speculatiōe prophetiæ impediat.

¶ 6 Præ. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt ut dicit Ro. 13. sed donum prophetiæ est a Deo, ergo ordinatē ab eo distribuit; sed non esset ordinata distributio si daret ei, q̄ non est ad eam habendam dispositio, ergo prophetia præexigit naturalem dispositionem.

¶ 7 Præ. Illud quod dependet ex solo arbitrio dantis, non præexigit aliquā dispositionem recipienti: sed prophetia est lumē, ut patet per hoc quod 1. Cor. 13. enarrata prophetia & aliis Spiritus sancti donis subiungitur, hæc oīa operatur uisus & c. & Ioan. 3. dicitur, Spiritus ubi uult spirat.

¶ 2 Præ. 1. Corin. 1. dicit Apostolus. Quæ infirma sunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia. Et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destruat, ergo dona Spiritus sancti non præexigunt de necessitate aliquam dispositionem in subiecto.

¶ 3 Præ. Greg. dicit in Homil. Penth. Implet Spiritus sanctus cytharedum puerum & prophetam facit, implet pastorem armatarum, licet moros uel cātem & prophetam facit, ergo donū prophetiæ nō p̄exigit aliquam dispositionem in illo cui datur: sed ex sola diuina uoluntate dependet eius collatio.

RESPON. Dicendum, quod in prophetia est duo considerare, ipsū prophetiæ donum, & huiusmodi doni iā percepti uilum. Ipsū igitur prophetiæ donum supra facultatem hominis existens a Deo datur, non uirtute alicuius causæ creatæ: quia prophetia naturalis ex uirtute alicuius causæ creatæ efficiatur in nobis, ut dictum est hoc autem dicitur inter operationem creaturæ, & operationem diuinam, q̄ quia Deus sua operatione non solum formam, sed etiam materiam producit, non quæ exigitur operatio, sicut nec materiam, ita nec materiam dispositionem ad effectum perniciōsum, nec tamen formam sine materia, aut sine dispositione facit: sed simul p̄t materiam & formā dare unica operatione: uel et materiā quantumque indisplictam ad debitam dispositionem reducere, que competit perfectioni, quam inducit: licet patet in suscitatione mortui. Corpus mortuum est oīno indisplictum ad animam recipientem, & tñ unico diuino ope & corpus animam & dispositionem ad animam recipit: sed ad operationem creaturæ p̄exigitur & materiā & materiam dispositio non. n. p̄t uirtus creatæ ex quolibet quo libet dante. patet ergo qd prophetia naturalis præexigit dispositionem debitam naturalem cōplexionis, sed prophetia, q̄ est Spiritus sancti donū, nō exigit eam exigit tñ quod simul cū dono prophetiæ datur: est dispositio naturalis, q̄ sit ad prophetiam conueniens. Vt autem prophetia cuiuslibet est in potestate prophetæ, & s̄m hoc dicit 1. Cor. 14. Spiritus potest subiecti sunt. Et iō ab usu prophetiæ aliqui p̄t seipsum impedire, & ad debitum prophetiæ uisum de necessitate dispositio debita requiritur, cum prophetiæ usus ex uirtute prophetæ creatæ procedat. Vñ & determinatam dispositionem p̄exigit.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod quedam dispositiones sunt indifferentes ad prophetiam, & hec diuina operatione non mutantur in propheta, & secundum earum conuenientiam prophetia procedit. Indifferens enim est ad prophetiam, quibus cumque similitudinibus res prophetata figuretur: dispositiones vero contrariæ diuina uirtute auferuntur a propheta, & dispositiones necessariæ conferunt.

Ad ii. dicendum, quod ad prophetiam requiritur bonitas imaginacionis, non autem de necessitate præxigitur: quia ipse Deus, qui donum prophetiæ infundit, potens est complexionem organi imaginatiuæ uirtutis in melius reformare: sicut & oculos lippos, ut clare videre possint.

Ad iii. dicendum, quod huiusmodi uehementes passionis ad se trahunt totaliter rationis attentionem, & per consequens eam auerunt a spiritualium inspectione, & ideo uehementibus passionibus uel iræ, uel tristitiæ, aut delectationis, usus prophetiæ impeditur in eo quia prophetiæ donum percipit. Et sic etiam naturalis complexionis indispotio impeditur, nisi diuina uirtute quodam modo curaretur.

Ad iiii. Dicendum, quod similitudo proportionata quantum ad hoc verificatur, quod sicut gratia superadditur nature, ita gloria gratiæ: non est autem similitudo, quantum ad omnia: quia gratia meretur gloriam, non autem natura gratiam. & ideo præxigitur meritum gratiæ ad gloriam habendam, non autem dispositio nature ad gratiam obtinendam.

Ad v. Dicendum, quod scientia acquisita cauatur ex nobis quodammodo: non est autem in nostra potestate complexionem organorum anime meliorare: sicut est in potestate diuina, qui donum prophetiæ infundit. Et ideo non est simile.

Ad vi. Dicendum, quod donum prophetiæ a Deo ordinatissime diuiditur, & hoc etiam ad huius distributionis ordinationem pertinet, ut aliquando conferatur illis qui uidentur ad hoc maxime indispotui, ut sic diuina uirtuti attribuantur, & non glorietur omnis caro coram illo, prima Corinth. primo.

ARTICVLVS V.

Utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum.

Q VINTO queritur, utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum. Et uidetur quod sic: quia Sapient. 7. dicitur, per uaticinationes in animas sanctas se transferens, amicos Dei & prophetas constituit: sed amici Dei non sunt nisi illi, in quibus bonitas morum uiget. Ioan. 14. Si quis diligit me sermonem meum, &c. ergo ille qui non est bonorum morum, propheta non constituitur.

¶ 2. Præter. Prophetia est donum Spiritus sancti: sed Spiritus sanctus non inhabitat aliquem peccatore: & Sap. 1. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. ergo prophetiæ donum non potest esse in aliquo peccatore.

¶ 3. Præter. Illud quo quis male uti non potest, non potest esse in aliquo peccatore: sed prophetia nullus male uti potest: cum enim actus prophetiæ sit a Spiritu sancto, si aliquis prophetia male uteretur, esset idem actus a peccatore, & a Spiritu sancto, quod esse non potest. ergo prophetia non potest esse in aliquo peccatore.

¶ 4. Præter. Philosoph. dicit in li. de Sôno & uigilia, quod si diuinatio somniorum est a Deo, inconueniens est eam immittere gubulibet, & non optimis uiris: sed constat prophetiam donum esse tantum a Deo, ergo inconueniens est dicere quod detur, nisi optimis uiris.

¶ 5. Præter. Sicut Plato dicit, optimi est optima adducere; sed prophetia conuenientius est in homine bono, quam in malo, ergo cum Deus sit optimus, nunquam malis donum prophetiæ dabit.

¶ 6. Præter. In operatione nature similitudo diuina operationis inuenitur, unde & Dion. 4. capite de diuino. diuinam bonitatem radio solari comparat propter similitudinem effectus: sed operatione naturali magis dispositis aliqua perfectiones magis dantur: sicut a sole corpora magis peruia magis illustrantur. cum ergo ad recipiendum donum prophetiæ magis sit dispositus bonus, quam malus, ut quod multo amplius bonis, quam malis dari deat: sed non omnibus bonis datur, ergo nullo modo debet dari.

¶ 7. Præter. Gratia ad hoc datur, ut natura eleuetur: sed natura magis debet eleuari in bonis, quam in malis. ergo gratia prophetiæ magis debet dari bonis quam malis.

SED CONTRA, Balaam fuisse propheta dicitur: qui tamen malus fuit.

¶ 2. Præter. Matth. 7. dicitur ex persona damnatorum. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus?

¶ 3. Præter. Quicumque non habet charitatem malus est: sed prophetia potest esse in non habente charitatem, ut patet 1. Cori. 13. Si habuero prophetiam & cetera, ergo & cetera.

RESPON. Dicendum, quod bonitas hominis in charitate consistit, per quam homo Deo unitur. Quicumque ergo sine charitate esse possunt, communiter inueniri possunt in bonis & malis. In hoc enim diuina bonitas precipue commendatur, quod tam bonis quam malis uirtutem ad suum propositum implendum: & ideo utriusque tam bonis quam malis, illa dona largitur, que ad charitatem, necessariam dependentiam non habent. Prophetia autem non habet aliquam necessariam colligantiam cum charitate propter duo. primo, quia prophetia est in intellectu, charitas in affectu: intellectus autem est prior affectu, & sic prophetia & alie intellectus perfectiones, non dependent a charitate, & hac ratione fides, & prophetia, & omnia alia huiusmodi in bonis & malis esse possunt. secundo, quia prophetia datur alicui ad utilitatem Ecclesiæ, & non propter seipsum. Contingit autem aliquem uiliter quantum ad aliquid deseruire ecclesiæ, qui in se bonus non est, quasi Deo per charitatem coniunctus. unde prophetia & operatio miraculorum, & ecclesiastica ministeria, & alia huiusmodi, que ad utilitatem ecclesiæ conferuntur, inueniuntur quandoque sine charitate, que sola homines bonos facit. Sciendum tamen quod inter peccata, quibus charitas amittitur, que dam sunt que usum prophetiæ impediunt, quedam que non. Quia enim carnalia peccata mentem spiritualitate omnino retrahunt, ex hoc ipso quod aliquis peccatis carnalibus est subditus, ineptus ad prophetiam redditur, ad cuius reuelationem summa spiritualitas mentis requiritur: peccata uero spiritualia spiritualitatem mentis non ita impediunt: & ideo contingit aliquem esse prophetam spiritualibus peccatis subditum, non autem carnalibus, uel etiam immensis seculi sollicitudinibus, quibus mens a sua spiritualitate retrahatur. Et ideo dicit rabbi Moyles quod hoc est signum, quod aliquis sit falsus propheta, quando uoluptatibus & sollicitudinibus seculi detinetur. Et hoc consonat ei quod habetur Matt. 7. Attendite a falsis prophetis. & infra, a fructibus eorum cognoscetis eos, quod de manifestis oportet intelligi, ut ibi dicitur gl. q. maxime sunt peccata carnalia. Spiritualia uero peccata interitus latent.

lib. 11. in Ti  
mæo circa li.  
4. folij a pri.  
li. numeran  
do.  
La prin. & in  
ter prin. &  
med. prima  
partis.

Clo. ord. ibi  
ex Greg.

AD